

*Alternat Fortuna vices, mox iste vel ille  
 Qui fuit alterius, nunc suus esse cupit!  
 Aurca libertas, concertant singula pro se  
 Alterius non sit, qui suus esse petit.*

IX<sup>o</sup>. *Contius.*

*Non te Roma tuos Comites mi Conte timefcit  
 His Comerd Conti crescere saepe salent  
 Nos numerus sumus, & fruges consumere nati  
 Hi nisi praepediant, Sors Comes esse potest.*

X. *Spinola.*

*Multiplices haec Spina Rosas fert, apta Coronæ  
 An tamen haec fuerit nescio, Petre, tua  
 Nempe manus teneras plectentum Spinula quis  
 Ledet et ob Spinas displicet ipsa Rosa.*

XI<sup>o</sup>. *Delphinus.*

*Omnia nunc fient, fieri quæ posse negabam,  
 Si videam pisci nobile rete dari.  
 Orpheus in Sylvis inter Delphinas Orion  
 Res rara, et Delphin rarior inter Oves.*

XII. *Bullionius.*

*Nulli Galle places, quantumvis lixe vel asbe  
 Nec Romæ cunctis esse venalis eris.  
 Forsitan & Galli malunt, hic fixæ placebis  
 Ut placeas igitur, fixæ manere potes.*

XIII<sup>o</sup>. *Porto Carvero Hispanus.*

*Seu Curram portes, seu Portam neutra Triumphis  
 Apta est, ut possit Porta, patere tuis  
 Hinc bene, si Porta tu non exhibis utera  
 Sanctam non claudes, non aperire vales.*

XIV. *Cervius.*

*Quolibet ex trunco non fit Mercurius, omni  
 Attamen ex Cera surgit Imago Petri  
 Cervius hinc forsitan Papalis credito, nasus  
 Sit nisi fortassis Cereus, esse potest.*

XV. *Carpegna.*

*Carperis ut Gallus, non es, Carpegna sed ista  
 Voce tamen Petrus fors tremefactus erit  
 Hinc potius, credam carpent tua poma Nepotes  
 Quam ut Carpas pomum, quod tibi forte placet.*